

153. *Idem*, lib. 8, ad Edictum provinciale.
 Melior⁴⁶ conditio nostra per servos fieri potest, deterior⁴⁷ fieri non potest.
 154. *ULPIANUS*, lib. 21, ad Edictum.
 Non⁴⁸ fraudantur creditores, cum⁴⁹ quid non adquiretur a debitore: sed cum quid de bonis diminuitur. — § 1. Nemo ex suo⁵⁰ delicto meliorem suam conditionem facere potest.
 155. *Idem*, lib. 25, ad Edictum.
 Ea, quæ dari impossibilia⁵¹ sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non⁵² adjectis habentur.
 156. *PAULUS*, lib. 48, ad Edictum.
 Bona fides⁵³ tantumdem possidenti præstat, quantum veritas, quotiens lex impedimento non est.
 157. *ULPIANUS*, lib. 25, ad Edictum.
 Qui auctore⁵⁴ iudice comparavit, bonæ fidei possessor est.
 158. *PAULUS*, lib. 27, ad Edictum.
 Omnis hereditas, quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur⁵⁵. — § 1. Nunquam crescit ex postfacto⁵⁶ præteriti delicti æstimatio.
 159. *GAIUS*, lib. ad Edictum prætoris urbani.
 Omnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ⁵⁷ iudicio salvæ permanent. — § 1. Non videtur perfecte cuiusque id esse, quod ex causa auferri potest.
 160. *ULPIANUS*, lib. 56, ad Edictum.
 Absentia ejus, qui⁵⁸ reipublica causa abest, neque ei, neque alii, damnosa esse debet.
 161. *PAULUS*, lib. 54, ad Edictum.
 Quod contra⁵⁹ rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentia. — § 1. Uni duo pro solido heredes esse non possunt.
 162. *Idem*, lib. 56, ad Edictum.
 Qui tacet, non utique fatetur: sed tamen verum est, eum non negare.
 163. *ULPIANUS*, lib. 62, ad Edictum.
 Quod ipsis, qui contraxerunt, obstat: et successoribus⁶⁰ eorum obstat.
 164. *PAULUS*, lib. 62, ad Edictum.
 Non⁶¹ omne, quod licet, honestum est. — § 1. In stipulationibus⁶² id tempus spectatur, quo contrahimus.
 165. *ULPIANUS*, lib. 66, ad Edictum.
 Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt⁶³ et consentiunt⁶⁴.
 166. *PAULUS*, lib. 62, ad Edictum.
 Quod quis, dum servus est, egit: proficere libero facto non potest.
 167. *GAIUS*, lib. 24, ad Edictum provinciale.
 Semper specialia⁶⁵ generalibus insunt.
 168. *PAULUS*, lib. 16 brevis Edicti.
 Cujus effectus omnibus prodest, ejus et partes ad omnes pertinent.
 169. *ULPIANUS*, lib. 67, ad Edictum.
 Ex qua persona quis lucrum⁶⁶ capit, ejus factum præstare debet⁶⁷.

46. L. 29, sup. de pact. l. 62, sup. de verb. oblig. l. 3, C. de pact. — 47. L. 28, in fin. sup. d. l. de pact. l. pen. sup. depositi: L. 19, sup. mandati: L. 122, § 1, sup. de verb. oblig. l. 2, § 1, sup. de pollit. l. 3, C. de pact. l. ult. C. de acquir. et retin. poss. — 48. *Excep.* L. 25, § 8, sup. de hered. petit. l. 1, § 5, sup. de hered. vel act. vend. l. 64, § 7, sup. soluto matrim. l. 1, § 12, sup. si quis omnia. caus. testam. — 49. L. 68, in fin. sup. pro socio: L. 5, § 12, sup. de donat. inter vir. et ux. l. 1, § 23, sup. de collatione: l. 6, sup. que in fraud. cred. — 50. L. 31, sup. de recepti. qui arbit. l. 26, § 4 et 6, sup. ex quib. caus. major. l. 9, L. 17, in pr. vers. illud iniquum, sup. de noxalib. l. 3, § 11, sup. ad exhib. l. 6, § ult. sup. mandati: L. 10, § 1, sup. soluto matrim. l. 1, § 14: L. 15, sup. de tut. et rat. l. 1, § 1, sup. de furt. l. 50, C. de transact. l. 185, in pr. inf. h. t. — 51. L. 182, L. 185, L. 188, § 1, inf. eod. l. 38, sup. de verb. oblig. — 52. L. 1, § 1, in fin. h. t. — 53. L. 187, § 1, inf. h. t. l. 14, § 1, sup. de pact. l. 37, sup. de ad. 5, sup. de condit. et demonstr. — 54. L. 25, § 1, sup. de usur. l. 48, in pr. sup. de acquir. rer. demin. — 55. L. 195, inf. h. t. l. 84, § 1, sup. de religio. l. 11, sup. de acquir. vel amitt. poss. — 56. L. 195, inf. h. t. l. 84, § 1, sup. de acquir. vel amitt. hered. l. 18, § ult. sup. de stipul. servor. — 57. L. 9, in pr. sup. de furt. — 58. L. 67, sup. h. t. l. 88, sup. de oblig. et act. l. 29, sup. de noxal. l. ult. C. de præscript. 50 vel 40 annor. — 59. L. 21, in pr. sup. ex quib. caus. major. — 60. L. 14, L. 15, sup. de legib. — 61. L. 175, in fin. l. 177, in pr. inf. h. t. l. 25, § 1, sup. de pact. l. 37, sup. de acquir. vel amitt. hered. l. 12, sup. de diem. temp. juract. — 62. L. 197, inf. h. t. l. 14, § 2, sup. de ritu nupt. — 63. L. 18, sup. h. t. l. 78, in pr. sup. de verb. oblig. — 64. L. 1, § 33, sup. depositi: L. 1, in fin. sup. de act. empt. l. 1, in fin. sup. quod falso tut. l. 34, C. de transact. — 65. L. 11, sup. si quid in fraud. patroni. — 66. L. 115, sup. h. t. — 67. L. 10, sup. eod. l. 1, sup. de institut. l. 10, in pr. sup. si quis omnia. caus. testam. l. 13, § 1, sup. de acquir. vel amitt. poss. l. 14, C. de rel. vind. — 67. *Excep.* L. ult. § 4, C. de jure delib. l. 15, C. de donat. — 68. L. 2, § 4, sup. ne quid in loco publ. — 69. L. 151, sup. h. t. — 70. § 1, Inst. de publ. judic. — 71. L. 1, § 12 et 13, sup. de vi et vi armat.;

170. *Idem*, lib. 68, ad Edictum.
 Parens⁶⁸ esse conditionem oportet ejus, qui quid possideat, vel habeat, atque ejus, cujus⁶⁹ dolo malo factum sit, quo minus possideret, vel haberet.
 171. *PAULUS*, lib. 64, ad Edictum.
 Nemo damnus facit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet.
 172. *ULPIANUS*, lib. 69, ad Edictum.
 Hoc jure utimur: ut, quidquid omnino per vim fiat, aut⁷⁰ in vis publica, aut [in vis] privata crimem incidat. — § 1. Deicit, et qui⁷¹ mandata. — § 2. In maleficio⁷² ratihabito mandato comparatur. — § 3. In contractibus, quibus doli⁷³ præstatio vel bona fides inest, heres in solidum tenetur.
 173. *PAULUS*, lib. 65, ad Edictum.
 Fere, quibuscunque⁷⁴ modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis adquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Ut igitur nulla possessio adquiri nisi animo, et corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque⁷⁵ in contrarium actum.
 174. *ULPIANUS*, lib. 70, ad Edictum.
 Cum par delictum est duorum, semper oneratur petitor⁷⁶, et melior habetur possessoris⁷⁷ causa, sicut fit, cum de dolo excipitur petitoris: neque enim datur talis replicatio⁷⁸ petitori, *Aut si rei quoque in ea re dolo actum sit*. Illi debet permitti pœnam petere, qui⁷⁹ in ipsam non incidit.
 175. *PAULUS*, lib. 65, ad Edictum.
 Factum⁸⁰ cuique suum⁸¹, non adversario nocere debet. — § 1. Non videtur vim facere, qui jure suo⁸² utitur, et ordinaria actione experitur. — § 2. In pœnalibus causis benignius⁸³ interpretandum est.
 176. *ULPIANUS*, lib. 70, ad Edictum.
 Invitus nemo [rem] cogitur defendere⁸⁴. — § 1. Cui⁸⁵ damus actiones, eidem et⁸⁶ exceptionem competere multo magis qui dixerit⁸⁷. — § 2. Cum quis in alii locum successerit: non est æquum, ei⁸⁸ nocere hoc, quod adversus eum nocuit, in ejus locum successit. — § 3. Plerunque emptoris eadem⁸⁹ causa esse debet circa petendum ac defendendum, quæ fuit auctoris. — § 4. Quod cuique [pro eo] præstat, invito⁹⁰ non tribuitur.
 177. *Idem*, lib. 70, ad Edictum.
 Ad ea⁹¹, quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, ignoscitur servis, si vel dominis, vel his, qui vice⁹² dominorum sunt (veluti tutoribus et curatoribus) obtemperaverint. — § 1. Semper, qui dolo fecit, quominus⁹³ haberet, pro eo habendus est, ac si haberet. — § 2. In contractibus successores ex dolo⁹⁴ eorum, (quibus) successerunt, non tantum in id, quod pervenit, verumetiam in solidum tenentur⁹⁵, hoc est, unusquisque pro ea parte, qua heres est.
 178. *GAIUS*, lib. 26, ad Edictum provinciale.
 Creditor, qui permittit rem venire, pignus demittit⁹⁶.
 179. *PAULUS*, lib. 70, ad Edictum.
 Non⁹⁷ ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse.
 180. *ULPIANUS*, lib. 76, ad Edictum.
 Aliud est vendere, aliud⁹⁸ vendenti consentire. — § 1. Refertur ad

L. 169, inf. h. t. l. 1, in pr. sup. quod iusu: L. 11, in pr. et § 5, sup. de injur. — 72. L. 1, § 14, sup. de vi et vi armat. — 73. L. 157, in fin. inf. h. t. — 74. L. 35, L. 106, sup. eod. l. 8, sup. de acquir. vel amitt. poss. l. 80, sup. de solutio. — 75. *Obst.* L. 3, § 6, l. eod. l. 8, sup. de acquir. vel amitt. poss. — 76. L. 33, sup. h. t. — 77. L. 128, in pr. sup. de doli mali et 36, sup. de dolo malo: L. 57, in fin. sup. de contrah. empt. l. 4, § 15, sup. de doli mali et 36, sup. met. except. l. 9, § 3, sup. de verb. oblig. — 78. d. l. 4, § 15. — 79. L. 54, § 1, sup. locati: L. 77, § 27, sup. de legat. 2 l. 7, § 1, sup. de furt. l. 21, C. de pact. — 80. *Adde* locati: L. 77, § 27, sup. de legat. 2 l. 7, § 1, sup. de furt. l. 21, C. de pact. — 81. L. 9, in pr. sup. de liberali caus. — 82. L. 55, L. 151, sup. h. t. — 83. L. 56, sup. l. 192, in fin. inf. eod. l. 32, L. 42, sup. de pen. — 84. L. 17, C. de procur. l. 29, l. 82, L. 12, in fin. inf. eod. l. 32, L. 42, sup. de pen. — 85. *Fide* tamen L. 157, in pr. sup. de 33, sup. de noxalib. *excep.* L. 33, § 4, l. 35, § 2, sup. de procur. l. 4, in pr. sup. de tutel. — 85. L. 1, § 4, sup. de superflue. — 86. *Fide* tamen L. 157, in pr. sup. de 33, sup. de noxalib. *excep.* L. 33, § 4, l. 35, § 2, sup. de procur. l. 4, in pr. sup. de tutel. — 87. *Arg.* L. 135, vim; L. 7, C. ad leg. Jul. de vi publi. l. 14, C. de agricola lib. 11, tit. 47. — 87. *Arg.* L. 135, vim; L. 7, C. ad leg. Jul. de vi publi. l. 14, C. de agricola lib. 11, tit. 47. — 88. L. 1, § 4, sup. de superflue. — 89. *Fide* tamen L. 157, in pr. sup. de 33, sup. de noxalib. *excep.* L. 33, § 4, l. 35, § 2, sup. de procur. l. 4, in pr. sup. de tutel. — 90. L. 1, § 4, sup. de superflue. — 91. *Fide* tamen L. 157, in pr. sup. de 33, sup. de noxalib. *excep.* L. 33, § 4, l. 35, § 2, sup. de procur. l. 4, in pr. sup. de tutel. — 92. L. 1, § 4, sup. de superflue. — 93. *Fide* tamen L. 157, in pr. sup. de 33, sup. de noxalib. *excep.* L. 33, § 4, l. 35, § 2, sup. de procur. l. 4, in pr. sup. de tutel. — 94. L. 1, § 4, sup. de superflue. — 95. *Fide* tamen L. 157, in pr. sup. de 33, sup. de noxalib. *excep.* L. 33, § 4, l. 35, § 2, sup. de procur. l. 4, in pr. sup. de tutel. — 96. L. 1, § 4, sup. de superflue. — 97. *Fide* tamen L. 157, in pr. sup. de 33, sup. de noxalib. *excep.* L. 33, § 4, l. 35, § 2, sup. de procur. l. 4, in pr. sup. de tutel. — 98. *Fide* tamen L. 157, in pr. sup. de 33, sup. de noxalib. *excep.* L. 33, § 4, l. 35, § 2, sup. de procur. l. 4, in pr. sup. de tutel.

universos, quod publice fit per majorem⁹⁹ partem. — § 2. Absurdum est, plus juris habere [eum], cui legatus¹⁰⁰ sit fundus, quam heredem, aut ipsum testatorem, si viveret.
 181. *Idem*, lib. 77, ad Edictum.
 In jure civili receptum est¹, quotiens per eum, cujus interest, conditionem non impleri, fiat, quominus impleatur, perinde haberi, ac si impleta conditio fuisset, quod ad libertatem², et legata³, et ad heredum institutiones⁴ perducitur: quibus exemplis stipulationes⁵ quoque committuntur, cum per promissorem⁶ factum esset, quominus stipulator conditioni pareret.
 182. *PAULUS*, lib. 70, ad Edictum.
 Quæ propter necessitatem⁷ recepta sunt, non debent in argumentum⁸ trahi.
 183. *ULPIANUS*, lib. 55, ad Edictum.
 Cujus⁹ est donandi, eidem et vendendi, et concedendi jus est¹⁰.
 184. *PAULUS*, lib. 51, ad Edictum.
 Pœnalia judicia semel¹¹ accepta in heredes transmitti possunt.
 185. *ULPIANUS*, lib. 53, ad Edictum.
 Cum quis possit alienare¹², poterit et consentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa consenserit, ratam ejus voluntatem habendam.
 186. *PAULUS*, lib. 48, ad Edictum.
 Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur¹³.
 187. *Idem*, lib. 49, ad Edictum.
 Non videntur¹⁴ data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt. — § 1. Qui jussu iudicis¹⁵ aliquid facit, non¹⁶ videtur dolo malo facere, qui parere necesse habet¹⁷.
 188. *Idem*, lib. 4, ad Plautium.
 Rapienda occasio est, quæ præbet benignius¹⁸ responsum. — § 1. Quod factum est, cum in obscuro sit, ex affectione ejusque capit interpretationem.
 189. *Idem*, lib. 2, ad Plautium.
 Is damnus dat, qui jubet¹⁹ dare; ejus vero nulla culpa est²⁰, cui parere²¹ necesse sit. — § 1. Quod petent²², non est pro eo, quasi sit.
 190. *Idem*, lib. 4, ad Plautium.
 Factum a iudice, quod ad officium²³ ejus non pertinet, ratum non est.
 191. *Idem*, lib. 4, ad Plautium.
 Nemo ideo obligatur, quia²⁴ recepturus est ab alio, quod præstiterit.
 192. *Idem*, lib. 5, ad Plautium.
 In contrahenda venditione ambiguum pactum contra²⁵ venditorem interpretandum est. — § 1. Ambigua autem intentio²⁶ ita accipienda est, ut²⁷ res salva actori sit.
 193. *Idem*, lib. 6, ad Plautium.
 In condemnatione personarum, quæ²⁸ in id, quod facere possunt, damnantur, non totum, quod habet, extorquendum est; sed et ipsarum parti habenda est, ne egeant²⁹. — § 1. Cum verbum *resistat*³⁰ lege invenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi. — § 2. Uniuscuique sua³¹ mora nocet: quod et in duo-

99. L. 3, L. 4, sup. quod ejusmodi universi; L. 19, sup. ad municip. — 100. L. 120, l. 143, sup. l. 175, in fin. inf. h. t. — 1. L. 24, sup. de condit. et demonstr. — 2. L. 120, § 5, l. 28, in pr. sup. de statulib. — 3. d. l. 24, l. 25, § 5, sup. quando dies legat. — 4. d. l. 24, l. 5, sup. de condit. instit. — 5. d. l. 24, l. 6, l. 85, in fin. sup. de verb. oblig. — 6. L. 5, in pr. sup. de hered. petit. l. 47, in fin. sup. de legat. 1, l. 78, § 2, l. 84, sup. de iure dot. eccles. l. 1, l. 2, C. de patr. qui filios. — 7. L. 14, l. 15, sup. de legib. — 8. L. 21, sup. h. t. — 9. *Immo vide* L. 4, C. de fideicom. l. ult. C. de præd. decur. — 11. L. 26, l. 58, sup. de oblig. et act. § 1, in fin. Inst. de perpet. et tempor. act. l. 1, in fin. C. de delict. delictum. — 12. L. 21, sup. h. t. — 13. L. 110, § 1, sup. eod. l. 35, § ult. l. 53, in fin. l. 57, l. 55, sup. de procur. *vide* tamen L. 3, sup. in pr. vsuati aut eant; L. 2, § 2, sup. qui salid. cog. — 14. L. ult. sup. de condit. caus. dat. l. 75, in fin. sup. de verb. oblig. § 4. Inst. de action. — 15. L. 169, in pr. inf. h. t.; *adde* L. 157, l. 157, in pr. sup. eod. — 16. L. 7, § 4, sup. de iurisdi. l. 7, § 2, in fin. sup. de minor. l. ult. sup. de lege commissi; l. 4, in pr. sup. de anna et aque plus; l. 13, § 2, sup. de injur. — 17. *Fide* tamen L. 157, in pr. sup. h. t. — 18. L. 56, sup. eod. — 19. L. 12, § 2, sup. eod. l. 1, l. 1, sup. quod iusu: L. 57, sup. ad leg. Aquil. — 20. *Immo vide* L. 1, § 15, sup. de vi et vi armat. — 21. L. 167, in fin. sup. h. t. l. 11, § 7, sup. quod vi aut clam. — 22. L. 35, sup. de iudic. l. 12, in fin. l. 25, § 1, sup. de usur. l. 9, in pr. sup. de reb. cred. l. 1, § 1, sup. de SC. Maced. l. 45, in fin. sup. de adol. edict. l. 20, sup. de donat. inter vir. et ux. l. 9, § 2, sup. de liber. et postul. l. 59, § 6, sup. de hered. instit. l. 55, sup. ad leg. Falcid. l. 2, § 5, sup. unde legit. l. 45, § ult. sup. de acquir. res. domin. l. 116, in fin. sup. de verb. oblig. § 5, Inst. quib. mod. jus patr. potest. — 23. L. un. C. qui pro sua iurisdi. l. ult. sup. de iurisdi. — 24. L. 11, § 2, sup. de aqua et aque plu. — 25. L. 59, sup. de pact. l. 35, in fin. sup. de contrah. empt. *immo vide* L. 3, sup. h. t. l. 34, in pr. sup. de contrah. empt. — 26. L. 66, sup. de iudic. l. 85, § 1, sup. de verb. oblig. — 27. L. 12, sup. de reb. dub.

bus³² reis promittendi observatur³³. — § 3. Dolo facit, qui³⁴ petit, quod redditurus est³⁵.
 174. *Idem*, lib. 8, ad Plautium.
 Qui potest³⁶ facere, ut possit conditioni parere, jam posse videtur. — § 1. Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non³⁷ potest.
 175. *Idem*, lib. 11, ad Plautium.
 In his, quæ officium per liberas fieri personas leges desiderant, servus intervenire non potest. — § 1. Non debet melioris conditionis esse, quam auctor³⁸ meus, a quo jus in me transit.
 176. *Idem*, lib. 15, ad Plautium.
 Non est singulari concedendum³⁹, quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. — § 1. Infinita æstimatio est libertatis⁴⁰ et necessitudinis.
 177. *Idem*, lib. 14, ad Plautium.
 Qui in jus, dominium vel alterius succedit⁴¹, jure ejus uti debet. — § 1. Nemo videtur dolo exsequi, qui ignorat⁴² causam, cur non debeat petere.
 178. *Idem*, lib. 18, ad Plautium.
 Cum principalis⁴³ causa non consistat, plerunque ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent.
 179. *Idem*, lib. 16, ad Plautium.
 In obscura voluntate manumittentis favendum est libertati⁴⁴.
 180. *Idem*, lib. 17, ad Plautium.
 Quod jussu⁴⁵ alterius solvitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset.
 181. *Idem*, lib. 1, ad Vitellium.
 Si nemo⁴⁶ subit hereditatem, omnis vis testamenti solvitur.
 182. *Idem*, lib. 3, ad Vitellium.
 Quod nullius⁴⁷ esse potest, id ut alicujus ferret, nulla obligatio valet efficere.
 183. *MARCELLUS*, lib. 3 Digestorum.
 Et si nihil facile mutandum est ex solennibus: tamen, ubi æquitas⁴⁸ evidens poscit, subveniendum est.
 184. *CÆLUS*, lib. 7 Digestorum.
 Vani⁴⁹ timoris justa excusatio non est.
 185. *Idem*, lib. 8 Digestorum.
 Impossibile⁵⁰ nulla obligatio est.
 186. *Idem*, lib. 12 Digestorum.
 Nihil peti potest ante⁵¹ id tempus, quo per rerum naturam persolvi possit. Et cum solvendi tempus obligationi additur, nisi⁵² eo præterito, peti non potest.
 187. *Idem*, lib. 16 Digestorum.
 Si quis pregnantem⁵³ uxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse.
 188. *Idem*, lib. 17 Digestorum.
 Ubi pugnantia⁵⁴ inter se in testamento juberentur, neutrum ratum est. — § 1. Quæ rerum⁵⁵ natura prohibentur⁵⁶, nulla lege confirmata sunt.

— 28. L. 28, sup. h. t. l. 12, sup. soluto matrim. l. 16 et seqq. sup. de re judic. — 29. L. 20, sup. d. t. de re judic. — 30. L. 58, § 4, sup. de usur. l. 75, sup. de verb. sign. — 31. L. 155, in pr. sup. h. t. l. 5, sup. de reb. cred. l. 12, in fin. sup. depositi; l. 5, § pen. et ult. sup. de act. empt. l. 32, § 5 et ult. sup. de acquir. vel amitt. poss. l. 54, § 1, vers. ipsius: l. 47, in fin. sup. de legat. 1, l. 78, § 2, l. 84, sup. de iure dot. l. 18, in pr. sup. ad SC. Trebell. l. 12, sup. de aqua et aque pluvis; l. 127, in fin. sup. — 32. *Immo vide* L. pen. sup. de duob. reis. — 34. L. 8, sup. de doli mali et met. except. — 35. *Excep.* L. 44, circa fin. sup. soluto matrim. l. 39, § 2, sup. de doli mali et met. except. — 37. et const. lib. 11, tit. 47. — 38. L. 50, sup. de contrah. empt. l. 1, § 8, sup. si quis omnia. caus. testam. — 39. L. 15, in pr. l. 18, sup. de acquir. vel amitt. hered. — 40. L. 120, l. 260, in fin. sup. h. t. — 39. L. 13, sup. quod met. caus. l. 7, C. unde vi. *vide* tamen L. 10, § 16, sup. que in fraud. cred. l. 5, § 9, sup. de vi et vi armat. l. 54, C. de decur. — 40. vel omitt. hered. l. 47, sup. de contrah. empt. l. 1, § 1, § 42 et 43, sup. de aqua quotid. — 41. L. 2, § 5, sup. de doli mali et met. except. — 42. L. 1, § 1, § 2, sup. de aqua quotid. — 43. *pecul. legat.* — 44. L. 20, sup. h. t. — 45. L. 56, sup. de solutio. — 46. L. 9, sup. de tam. tut. l. 12, § 5, sup. de bon. libert. l. 1, § 1, sup. quiescens in poss. — 47. L. 65, § de verb. oblig. — 48. L. 90, sup. h. t. l. 7, sup. de vi et vi armat. l. 54, C. de decur. — 49. L. 4, in pr. sup. si qui plus quam per leg. Falcid. l. 13, in pr. sup. de re jud. — 50. L. 135, l. 152, sup. h. t. l. 4, l. 6, sup. de verb. oblig. — 51. L. 25, in pr. sup. d. t. de verb. oblig. — 52. L. 9, in pr. sup. de reb. cred. l. 41, § 1, l. 42, § 5, sup. de verb. oblig. — 53. L. 18, sup. quando dies legat. — 54. L. 16, sup. de condit. instit. l. 1, § 5, l. 27, sup. de reb. dub. l. 14, C. de fide instrum. — 55. L. 27, sup. de oblig. et act. — 56. L. 8 et 185, sup. h. t. *adde* L. 12, § 2, sup. de captiv.

189. *Idem*, lib. 15 Digestorum.
*Pupillus*⁵⁷ nec velle, nec nolle in ea aetate, nisi adposita tutoris auctoritate, creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est.

190. *Idem*, lib. 24 Digestorum.
 Quod evincitur, in bonis non⁵⁸ est.

191. *Idem*, lib. 53 Digestorum.
Neratius consultus, an, quod beneficium dare se, quasi viventi, Caesar rescripserat, jam defuncto dedisse existimaretur? Respondit, non videri sibi, principem, quod ei, quem vivere existimabat, concessisset, defuncto⁵⁹ concessisse; quem tamen modum esse beneficii sui vellet, ipsius⁶⁰ aestimationem esse.

192. MARCELLUS, lib. 29 Digestorum.
 Ea, quae in partes dividi non possunt⁶¹, solida⁶² a singulis heredibus debentur. — § 1. In re dubia benigniorem⁶³ interpretationem sequi, non minus justius est, quam tutius.

193. CELSUS, lib. 58 Digestorum.
 Omnia fere jura heredum perinde habentur, ac si continuo⁶⁴ sub tempore mortis heredes existissent.

194. MODESTINUS, lib. 6 Differentiarum.
 Qui per successionem, quamvis longissimam⁶⁵, defuncto heredes constituerant, non minus heredes intelliguntur, quam qui principaliter heredes existunt.

195. *Idem*, lib. 7 Differentiarum.
 Expressa nocent⁶⁶, non expressa non nocent.

196. *Idem*, lib. 8 Regularum.
Privilegia quaedam causae sunt, quaedam personae: et ideo quaedam ad heredem transmittuntur, quae causae sunt: quae personae⁶⁷ sunt, ad heredem non transeunt.

197. *Idem*, lib. singulari de ritu Nuptiarum.
 Semper⁶⁸ in conjunctionibus non solum, quid liceat, considerandum est, sed et quid honestum⁶⁹ sit.

198. JAVOLENUS, lib. 13, ex Cassio.
 Neque in interdicto⁷⁰, neque in ceteris causis pupillo nocere oportet dolum⁷¹ tutoris, sive solvendo est, sive non est.

57. L. 43, supr. de oblig. et act.; L. 1, § ult. supr. commodati. — 58. Arg. L. 52, supr. de acquir. rer. domin.; L. 49, vers. in bonis, supr. de verb. sign. *Immo vide* L. 15, § 6, supr. qui testat. cog. — 59. *Fug.* l. 2, supr. quae sent. sine appellat. — 60. L. 43, in pr. supr. de vulg. et pupill. subdit. — 61. L. 17, supr. de servit.; L. 11, § 24, supr. de legat. 3. L. ult. supr. de servit. legat. — 62. L. 2, § 1, supr. de verb. oblig. — 63. L. 155, in fin. supr. h. t. — 64. L. 158, supr. cod.; L. 54, supr. de acquir. vel omit. hered.; L. 28, § fin. supr. de stipul. servor. — 65. L. 5, supr. de hered. petit.; L. 7, § ult. supr. de acquir. vel omit. hered.; L. 65, l. 70, supr. de verb. sign.; L. ult. C. de hered. instit. — 66. L. 77, supr. h. t.; L. 68, supr. de hered. instit.; L. 65, § 1, supr. de legat. 1. L. 53, supr. de condit. et demonstr. *vide tamen* § 5, circa fin. Inst. quib. mod. toll. oblig. 1. 99, in pr. supr. de verb. oblig. — 67. L. 68, supr. h. t. — 68. L. 42, supr. de ritu nupt. — 69. L. 144, supr. h. t. — 70. L. 11, § 6, supr. quod

199. *Idem*, lib. 6 Epistularum.
 Non potest dolo carere, qui imperio magistratus⁷² non paruit.

200. *Idem*, lib. 7 Epistularum.
 Quoties nihil sine captione investigari potest, eligendum est, quod minimum habeat iniquitatis.

201. *Idem*, lib. 10 Epistularum.
 Omnia, quae ex testamento proficiscuntur, ita statum eventus capiunt, si initium⁷³ quoque sine vitio ceperint.

202. *Idem*, lib. 11 Epistularum.
 Omnis definitio in jure civili periculosa est: parum est enim, ut non subverti possit.

203. POMPONIUS, lib. 8, ad Quintum Mucium.
 Quod quis ex culpa sua damnus⁷⁴ sentit, non intelligitur damnus sentire.

204. *Idem*, lib. 28, ad Quintum Mucium.
 Minus⁷⁵ est actionem habere, quam rem.

205. *Idem*, lib. 39, ad Quintum Mucium.
 Plerumque fit, ut etiam ea, quae nobis abire possint, proinde in eodem statu sint, atque si non essent ejus conditionis, ut abire possent: et ideo, quod fisco obligamus, et vindicare⁷⁶ interdum, et alienare, et servitutum [in] praedio imponere possumus.

206. *Idem*, lib. 9, ex variis Lectionibus.
 Jure naturae aequum est, neminem cum alterius detrimento⁷⁷ et injuria fieri locupletiozem.

207. ULPIANUS, lib. 4, ad legem Juliam et Papiam.
 Res judicata⁷⁸ pro veritate accipitur.

208. PAULUS, lib. 3, ad legem Juliam et Papiam.
 Non potest videri desisse habere⁷⁹, qui nunquam habuit.

209. ULPIANUS, lib. 4, ad legem Juliam et Papiam.
 Servitutum⁸⁰ mortalitati fere comparamus.

210. LICINIUS RUFINUS, lib. 2 Regularum.
 Quae ab initio⁸¹ inutilis fuit institutio, ex postfacto convalescere non potest.

211. PAULUS, lib. 69, ad Edictum.
 Servus reipublicae causa abesse non potest.

vi aut clam. — 71. L. 3, L. 4, supr. quando ex facto tut. — 72. L. un. supr. si quis jus dicenti L. 15, § 2, supr. de injur. — 73. L. 29, supr.; L. 210, infr. h. t. — 74. L. 46, § 5, supr. de procur.; L. 9, in fin.; L. 17, in fin. pr. supr. de noxal.; L. 44, § 5, supr. famul. ercisc.; L. 15, supr. si quis omnia caus. testam. — 75. *Immo vide* L. 13, supr. h. t. — 76. L. 66, supr. de rei vind. — 77. L. 14, supr. de condit. indeh.; L. 16, supr. de servit. praed. rustic.; L. 15, supr. commun. praed.; L. 17, § 4, in fin. supr. de institor.; L. 12, § 1, supr. de distract. pign.; L. 2, § 20, supr. ne quid in loco publ. — 78. L. 25, in fin. supr. de statu homin. — 79. L. 83, L. 174, § 1, supr. h. t.; L. 5, supr. de injust. rupt. irrit. facto testam.; L. 96, in pr. supr. de condit. et demonstr.; L. 13, supr. de suis; L. 116, supr. de verb. oblig.; L. 19, supr. quem admod. servit. amittit. — 80. L. 69, in fin. supr. de condit. et demonstr. — 81. L. 29, supr. h. t.

IMPERATORUM NOMINA,

QUORUM

CONSTITUTIONES DUODECIM LIBRIS CODICIS SUNT INSERTAE.

Hadrianus.
 Antoninus Pius.
 Divi fratres, sive M. Antoninus et Verus.
 M. Aelius Antoninus solus.
 Aelius Pertinax.
 Severus et Antoninus Caracalla.
 Antoninus Caracalla solus.
 Antoninus Heliogabalus.
 Alexander.
 Maximinus.
 Gordianus.
 Philippus.
 Decius.
 Gallus et Volusianus.
 Valerianus et Gallienus.
 Gallienus et Valerianus junior.
 Gallienus solus.
 Claudius.
 Aurelianus.
 Probus.
 Carus, Carinus et Numerianus.
 Carinus et Numerianus.
 Diocletianus.
 Diocletianus et Maximianus Herculeus.
 Constantius et Maximianus Galerius.
 Constantinus Magnus.
 Constantinus junior, Constantius et Constans.
 Constantius et Constans.

Constantius solus.
 Constantius et Julianus.
 Julianus.
 Jovinianus.
 Valentinianus et Valens.
 Iidem et Gratianus.
 Valens, Gratianus et Valentinianus II.
 Gratianus et Valentinianus II.
 Iidem et Theodosius.
 Valentinianus II, Theodosius et Arcadius.
 Theodosius et Arcadius.
 Iidem et Honorius.
 Arcadius et Honorius.
 Iidem et Theodosius junior.
 Honorius et Theodosius junior.
 Theodosius junior solus.
 Iidem et Valentinianus III.
 Valentinianus III solus.
 Iidem et Martianus.
 Martianus solus.
 Leo.
 Iidem et Anthemius.
 Leo junior et Zeno.
 Zeno solus.
 Anastasius.
 Justinus.
 Justinus et Justinianus.
 Justinianus solus.

LITERARUM NOTÆ,

QUE PER DUODECIM LIBROS CODICIS, VEL CONSTITUTIONUM INSCRIPTIONIBUS, VEL TEMPORUM DENOTATIONIBUS HINC INDE VISUNTUR, NE CUI FORTE CALIGINEM OBJCIANT, AD HUNC MODUM LEGI DEBENT.

A.	Augustus.	P. vel Pr.	Præsidi.
AA.	Augusti.	Præs. prov.	Præsidi provinciæ.
A. et C.	Augustus et Cæsar.	P. P.	Proposito vel perpetuo, vel Præfecto prætorio.
AA. et CC.	Augusti et Cæsares.	Pf.	Præfecto.
Accept.	Accepta.	PP. G.	Præposita gesta.
C.	Cæsar vel clarissimus.	P. U. vel V.	Præfecto urbi vel vigillum.
CC.	Cæsares vel clarissimi.	P. vig.	Præfecto vigillum.
CC. Coss.	Clarissimis consulibus.	P. U. R.	Præfecto urbis Romæ.
Cæs.	Cæsar.	P. vel Pf. Aug.	Præfecto Augustali.
Cæss.	Cæsaribus.	Pp. emiss.	Proposita emissa.
Civitat.	Civitatibus.	P. P. Gal.	Præfecto prætorio Galliarum vel prætoriorum Galliano- rum.
Cl. Cæs.	Clarissimus Cæsar.	P. A.	Perpetuus Augustus, vel Perpetuo Augusto.
Com.	Comes.	Pet.	Petita.
Com. R. P. vel rer. priv.	Comes rerum privatarum.	Pleb.	Plebis.
Com. s. l. vel sacr. larg.	Comes sacrarum largitionum.	Præf. ann.	Præfecto annonæ.
Cos.	Consule.	Præt.	Prætoribus.
Coss. vel Coss.	Consulibus.	Pr. vel prid.	Pridie.
Cons.	Consularis.	Prop. vel prost. vel propos.	Proposita.
Const. vel CP. vel Const. vel Constantinopoli.	Constantinopoli.	Procons.	Proconsuli.
Correct.	Correctori.	Procons.	Proconsules.
D.	Data vel dicta.	Publ. judic.	Publicis judiciis.
Dat.	Data.	Quæst.	Quæstori.
D. S.	Data subscripta.	R. P.	Rerum privatarum.
D. PP.	Data proposita.	R. P. Orient.	Rerum privatarum Orientis.
DN.	Domino vel Domino nostro.	S.	Salutem, vel scripta, vel subscripta, vel supposita.
Dix.	Dixerunt.	S. D.	Salutem dicit, vel dicunt, vel subscripta data.
Emiss.	Emissa.	Subscr.	Subscripta.
Fl.	Flavius.	S. L.	Sacrarum largitionum, vel sacrarum literarum.
G.	Gesta.	Sacr. lit.	Sacrarum literarum.
Gen. P. P.	Gennadio præfecto prætorio.	S. pet.	Subscripta petita.
Id.	Idus vel idibus.	S. P.	Supposita.
Imp.	Imperator.	S. PP.	Subscripta proposita.
Imp.	Imperatores.	Supp. vel. suppos. vel supposit.	Supposita.
In for. Tr.	In foro Trajani.	S. petit.	Subscripta petita.
IV.	Quarto.	Tit.	Titulo.
Kal.	Kalendas vel kalendis.	Trib. pleb.	Tribunus plebis.
L. Jul.	Legem Juliam.	V.	Viro.
Lect.	Lecta s. apud acta.	V. C.	Viro clarissimo.
Mag.	Magistro.	VV. CC.	Viris clarissimis.
Magist. mil.	Magistro militum.	Vic. vel vicar.	Vicario.
Mag. off.	Magistro officiorum.	K. N.	Karissimo nobis.
N.	Nobilissimo.		
N. Cæs.	Nobilissimo Cæsare.		
NN. Cæss.	Nobilissimis Cæsaribus.		
Non.	Nonas vel nonis.		
N. P. vel Nob. P.	Nobili vel nobilissimo puero.		
Off.	Officiorum.		

D. JUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS,

REPETITÆ PRÆLECTIONIS

CONSTITUTIONES III.

I. DE NOVO CODICE FACIENDO.

Imperator JUSTINIANUS Augustus ad senatum urbis Constantinopolitanæ.

Hæc, quæ necessario corrigenda esse multis retro principibus visa sunt, interea tamen nullus eorum ad effectum ducere ausus est: in præsentibus donare communibus auxilio Dei omnipotentis censuimus, et proximitatem litium amputare: multitudine quidem constitutionum, quæ tribus codicibus Gregoriano, Hermogeniano, atque Theodosiano continentur, illarum etiam quæ post eosdem codices a Theodosio divina recordationis, aliisque post eum retro principibus, et a nostra etiam clementia positæ sunt, resecanda: uno autem codice sub felici nostri nominis vocabulo componendo, in quem colligi tam memoratorum trium codicum, quam novellas post eos positas constitutiones oportet. — § 1. Ideoque ad hoc maximum, et ad ipsius reipublicæ sustentationem respiciens opus efficiendum, elegimus tanto fastigio laborum, tantæque sollicitudini sufficientes, Joannem virum excellentissimum exquestorem sacri nostri palatii, consularem atque patricium: Leontium virum sublimissimum magistrum militum ex præfecto prætorio, consularem atque patricium: Phocam virum eminentissimum magistrum militum, consularem atque patricium: Basilidem virum excellentissimum ex præfecto prætorio Orientis, atque patricium: Thomam virum gloriosissimum, quæstorem sacri nostri palatii, et exconsule: Tribonianum virum magnificum, magisteria dignitate inter agentes decoratum: Constantinum virum illustrem, comitem sacrarum largitionum inter agentes, et magistrum scrinii libellorum, sacrarumque cognitionum: Theophilum virum clarissimum, comitem sacri nostri consistorii, et juris in hac alma urbe doctorem: Dioscorum, et Præsentium, disertissimos togatos fori amplissimi prætoriani. — § 2. Quibus specialiter permisimus (resecatis tam supervacuis quantum ad legum soliditatem pertinet, præfationibus, quam similibus, et contrariis, præterquam si juris alia divisione adjuventur: illis etiam quæ in desuetudinem abierunt) certas et brevi sermone conscriptas ex iisdem tribus codicibus, et novellis constitutionibus leges componere, et congruis titulis subdere adicientes quidem et detrahentes, imo et mutantes verba earum ubi hoc rei commoditas exigeret: colligentes vero in unam sanctionem, quæ in variis constitutionibus dispersa sunt, et sensum earum clariorem efficientes: ita tamen, ut ordo temporum earum constitutionum non solum ex adjunctis diebus consulibusque, sed etiam ex ipsa compositione earum clarescat, primis quidem in primo loco, posterioribus vero in secundo ponendis: et si quæ earum sine die et consule in tribus veteribus codicibus, vel in his quibus novellæ constitutiones receptæ sunt, inveniantur: ita his ponendis nullaque dubietate super generali earum robore ex hoc oriunda, sicut et illas vim generalis constitutionis obtinere palam est, quæ ad certas personas rescriptæ, vel per pragmaticam sanctionem ab initio date, eidem novo Codici propter utilitatem sanctionis insertæ fuerunt. — § 3. Hæc igitur ad vestram notitiam ferre properavimus, ut sciatis quanta nos diuturna super rerum communi utilitate cura solliciti, studentes certas et indubitatas, et in unum codicem collectas esse de cætero constitutiones: ut ex eo tantummodo sub felici nos-

I. — 1. Constitut. de Justiniano Cod. confirm. § 3. — 2. L. 7, § 1, C. de divers. rescript. II. — 1. Procem. Inst. in pr. et § 1. — 2. L. 14, C. de advoc. div. judicior. — 3. Const. 1, in pr. sup. de novo C. faciendis. — 4. d. Constit. 1, § 2, in pr. — 5. Vide tamen L. 74, § 1, D.

tro nomine nuncupando Codice, recitatio constitutionum in omnibus ad citiores litium decisiones fiat judiciis. — Datum idibus febr. CP. DN. JUSTINIANO PP. A. 2. Cons. anno Christi 528.

II. DE JUSTINIANO CODICE CONFIRMANDO.

Imperator JUSTINIANUS pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, Mennæ præfecto prætorio, ex præfecto hujus almæ urbis C. P. ac patricio.

Summa reipublicæ tuitio de stirpe duarum rerum, armorum¹ scilicet, atque legum² veniens, vimque suam exinde muniens, felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus, omnibusque gentibus dominari tam præteritis effectit temporibus, quam Deo propitio in æternum efficiet: istorum etenim alterum alterius auxilio semper eguit: et tam militaris res legibus in tuto collocata est, quam ipsæ leges armorum præsidio servatæ sunt. Merito igitur ad primam communium rerum sustentationem nostram sententiam, et mentem laboresque nostros referentes, militaria quidem agmina multiplicibus, et omnem providentiam continentibus modis correximus: et tam legibus veteribus ad meliorem statum brevi tempore reductis, quam novis non solum exquisitis, sed etiam recta dispositione nostri nominis, sine novis expensis publicis constitutis, primo servando posita, deinde nova ponendo, firmissima subjectis effecimus.

§ 1. Sed cum sit necessarium multitudinem constitutionum tam in tribus veteribus Codicibus relatarum, quam post earum confectionem posterioribus temporibus adjectarum, ad breviter reducere, caliginem earum rectis iudicum definitionibus insidiantem penitus extirpare: ad hoc commune præstandum beneficium Deo præsele pronò animo nos dedimus: et electis viris gloriosissimis, tam doctrina legum, quam experientia rerum, studioque reipublicæ indefesso, et laudabili proposito pollentibus, sub certis finibus magnum laborem commisimus: per quem, tam trium veterum, Gregoriani, Hermogeniani, atque Theodosiani codicum constitutiones, quam plurimas alias post eosdem codices a Theodosio divina memoriæ, cæterisque post eum retro principibus, a nostra etiam clementia positas in unum codicem felici nostro vocabulo nuncupandum colligi præcepimus. Tollendis quidem tam præfationibus⁴ nullum suffragium sanctionibus conferentibus, quam contrariis⁵ constitutionibus, quæ posteriore promulgatione vacuæ sunt: similibus etiam præter eas, quæ eadem pene sanciendo, divisionem juris aliquam facere noscuntur, ex qua dividendo vetera novum aliquid nasci videtur, multis insuper aliis ad rectam hujus Codicis compositionem pertinentibus, iisdem prudentissimis viris a nostro numine mandatis: et nostro studio pro republica instituto, suum præsidium Deus omnipotens annuit. — § 2. Ad istum enim laborem, et tanti operis consummationem electi, vir excellentissimus exquestore nostri palatii, consularis atque patricius, Joannes: et vir sublimissimus ex præfecto prætorio consularis atque patricius, Leontinus: vir quoque eminentissimus magister militum consularis atque patricius, Phocas: etiam vir excellentissimus ex præfecto prætorio per Orientem, et patricius, et nunc præfectus prætorio per Illyricum, Basilides:

ad SC. Treb. coll.; L. 48, D. de cond. et demonstr., et L. 5, C. quando dies leg.; L. 49, D. de leg. 1.